

CLANGOR

nabilis ad quamcūq; proportionē. Item dicit Ray-
mundus, in principio in theorica testamēti: Quia
primordiale principiū vniuersorū est vna natura,
quā Deus creauit ex nihilo, in vna pura substātia,
quam quintam essenciam vocamus, in qua tota
natura compræhenditur. De ista substātia diuisa
in tres partes, secundū suam essenciam de puriori,
creauit deus angelos et coelū empyreū, per istam
claritatem & per veritatem participant puræ ani-
mæ cum angelis in natura, per quam participati-
onem est inter illam perfectam vnio in glorifi-
catione. Et de secunda creauit deus coelum, id est,
firmamentum, planetas, scilicet solem & lunam,
& omnes stellas. Et de tertia parte quæ erat minus
pura, creauit Deus istum mundum. Et istud ha-
bes intelligere, non, sicut tibi traditur, sed sicut to-
tum fuit creatum in simul, ad voluntatē creatoris
superioris sine aliqua successione operatiōis, et si-
ne materia præcedente, quæ respiciat successione
generis, quia nō esset creatio nec opus diuinū, quæ
respicit ad creatorē dominū entitatis, ducta sumē
tificialiter procreatione de nihilo in vera entitate
substantiali, quamobrem hoc quod dixi & iam di-
cam, velis intelligere cum spiritu sumentifico &
non grosso nec vulgari, quia hic loquimur ad res-
pectū naturæ opus, cui habes assimilari in nostro
magisterio. Et ideo tibi dicimus cum sermone ex-
em^a

*Assimula-
tio ad opus*